



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 73. Exordia belli in Aquitannia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1451.

§. LXXIII.

Exordia belli in Aquitannia.

*Joa. Chart.
hist. Carol.
VII. p. 222.
& seq.
Montguyon*

Bellicis in Aquitannia expeditionibus initium fecit Dunensis Comes, qui jussu Regis, tunc Turonii agentis Montguyonensi urbi obsidionem inferebat. Huic sese quoque jungebant Engolismensis Comes Aureliæ Ducis frater, Joannes Burellius in Francia Thesauri Præfectus, & Petrus Lovaniensis unacum quadringentis Lanceariis, liberisque (*) Sagittariis, quorum numerus facile tria milia superabat. Urbs ista, quam Raynaldus a Sancto Joanne natione Vasco pro Anglis propugnaverat, octavum duntaxat diem Gallorum impetus sustinuit, sexta etenim Maji die ad deditionem coacta fuit. Octavo post die idem Dunensis Comes Blaviam cinxit, Joanne Bourserio interea classe sua ad maris oram eandem circumfidente. Submittebant quidem Burdegalenses urbi laboranti quinque majores triremes, quæ tamen profligatæ, atque in fugam actæ fuerant. Urbs igitur terra marique acerrime pressa, murisque sat ampla ad irrumpendum ruina incussa fuit, unde Galli nova aggressionem tentata, urbem vi ceperunt.

§. LXXIV.

(*) Ita dicti, quia a tributis omnibus immunes erant.